

rit una pars, erit  $DB$  scrupul. XLIII. & sextans scrupuli, &  $CD$  scrup. unum cum quarta ferè, & qualium  $AB$  fuerit 10000, erit  $DE$ , siue  $DF$ , 7193, &  $CD$ , 208. ferè, quod erat demonstrandum.

De gemino Veneris motu. Cap. XXII.



Tamen circa  $D$  non est æqualitas Veneris simplex duarum maxime Ptolemæi considerationum argumento. Quarum unam habuit anno XVIII. Adriani, secundo die mensis Pharmuti Ægyptiorū, sed secundum Romanos erat annus à nato Christo CXXXIII. in diluculo XII. Calend. Martij. Tunc enim Sole medio motu in part. CCCXVIII. & dextante unius existente, Venus matutina apparens in part. signiferi CCLXXV. & quadrante. attigerat extremum digressionis suæ limitem part. LXIII. scrup. XXXV. Secundam accepit anno III. Antonini eodem mense Pharmuti, die eius quarto secundum Ægyptios, quod erat anno Christi secundum Romanos CXL. in crepusculo XII. diei ante Calend. Martij. Tūc q̄q̄ erat locus Solis medius in part. CCCXVIII. cum dextante, ac Venus in maxima ab illo distantia uespertina part. XLVIII. & tertia, uisa in parte longitudinis VII. & dextante unius. His ita expositis suscipiatur in eodem orbe terreno  $G$  signum, in quo fuerit terra, ut sit  $AG$  quadrans circuli, per quem Sol ex opposito in utraq̄ obseruatione secundū motum suū medium præcedere uisus est apogæū eccentrici Veneris, & cōiungatur  $GC$ , cui  $DK$  parallelus excitetur, & cōtingētes orbē Veneris  $AB$ ,  $GF$ , cōnectāturq̄  $DE$ ,  $DF$ ,  $DG$ . Quoniā igitur angulus  $EGD$  matutine elongatiōis in obseruatiōe priori partiū erat XLIII. scrup. XXXV. ac in altera uespertina  $CGF$ , pt. XLVIII. & tertia, colligūt ambo totū  $EGF$ , part. XCI. cū deince unius ptis. Et idcirco dimidius  $DGF$ , partiū est XLV. scrup. LVII. s. Et reliquus  $CGD$ , part. duarum, scrup. XXII. Sed  $DCG$  rectus est, igitur trianguli  $CGD$  datorum angulorū datur ratio laterum, &  $CD$  longitudine 416. quarum  $CG$  est 10000. Primus autem ostensus est, q̄d ipsa centrorum distantia fuerit earundem partium 208, iam duplo ferè maior facta. Secta igitur bifariam  $CD$  in  $M$  signo, erit similiter

$DM$ , 208